



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 25. Vtrûm conservatores possint vices suas alteri delegare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUÆSTIO VIGESIMA QUARTA.

Conservatorie utrum extinguantur morte concedentis,

SUMMARIUM.

1. Conservatores à manifestis injuriis deferunt à conservatoribus Privilegiorum.
2. Gratia perfecta non extinguuntur morte concedentis.
3. Privilegia realia sunt perpetua.

Distingunt nonnulli inter Conservatores à manifestis injuriis, & Conservatores privilegiorum. *Franc. cap. fin. §. Officium de offic. del. in 6.*
 Ut quætionem hanc paucis expediam, dico gratiam factam & perfectè concessam etiam re integra mortuo concedente non expirare. *Sylvester verb. gratia numer. 3. cap. si super de Offic. del. in 6. cap. si cui de prob. in 6. Et utrobique DD. præsertim si Conservatoria privilegia uti assolent censentur non ad instar personalium Privilegiorum, sed realium quæ sunt perpetua. l. proponebatur ff. de judic. l. forma §. quanquam ff. de censib. l. 2. ff. de rebus dubiis Rom. l. maritum numer. 17. ff. sol. matr. §. Emanuel. Roder. d. loco. art. 6. qua de re & ego alio in loco. d. quæst. 39. numero decimo quarto.*

QUÆSTIO VIGESIMA QUINTA.

Utrum Conservatores possint vices suas alteri delegare.

SUMMARIUM.

1. Conservatores possunt subdelegare.
2. Subdelegare an possit Conservator.
3. Subdelegare potest nadium ministerium simplici Clerico.
4. Subdelegare non potest Conservator universalem suam jurisdictionem.

Innocentius Confettius, *tract. de Privilegiis ordinum part. 2. tit. 4. de Officio Conservatorum vers. possunt insuper fol. 351.* censuit simpliciter, quod Conservatores ordinum possunt tanquam Papæ delegati vices suas in principio medio & fine

finē causæ aliis personis qualificatis subdelegare. *cap. super quæstionem de officio del.*
 quod certe extra dubium est, si uti assoler, in conservatoriali diplomate inserta sit
 clausula: Tam per te, quam per alios, uti de Conservatoria Societatis JESU & aliis
 quibusdam recenset Emanuel Roderic. *d. loco art. 10. cap. fin. §. vices de officio del. in 6.*
 Rom. cons. 370. quo etiam in casu ejusmodi subdelegatio fieri non poterit alteri, qui
 Conservatorialis dignitatis non sit capax. *Joann. Andr. & DD. d. §. vices.* subcon-
 servator enim eadem debet habere qualitates quas Conservator, *gloss. d. cap. fin.*
ubi etiam Franc. Nam & Regulariter qui per substitutum servare potest, debet
 constituere alium æque sibi idoneum. *l. 2. C. de Prepositis agent in rebus lib. 12. ubi*
Barth. num. 4. Quod tamen temporè nisi nudum tantum ministerium subdelega-
 retur, ut puta examen testium, licet enim id etiam personis in dignitate non con-
 stitutis committere, *Capell. Thol. quæst. 12. Unigenitus pract. objer. lib. 1. cap. 13. de*
testib. Villadiego tract. de legato part. 1. quæst. 8. num. 31. Idque nisi intercedere deberet
 causæ cognitio, *Milis in repertorio verbi index delegatus ab ordinario, Rom. cons. 370.*
 264. 370. Denique licet Conservator unam causam possit subdelegare, non po-
 terit tamen totam Universitatem causatam seu universalem illam quam habet juris-
 dictionem alteri committere. *Legatus ff. de officio præsidis, Host. in summa de Offi.*
del. d. l. à iudice, ubi Jaf. C. de iudicis, Nicol. Bellon. in d. Rubr. de offic. eius cus. mand. §.
Jurisdic. num. 612.

 QUÆSTIO XXVI.

Quid si sit, justitium ordinariusque Justitiam non administraret, an
 Exemptis licebit iudicio pulsare suos debitores
 coram Conservatore?

SUMMARIUM.

1. Justitium si sit, potest recurrere ad Conservatorem.

Emanuel Roderic. *d. loco art. 12. vers. ex qua doctrina infero,* respondit licere, nulla
 tamen id fulciens autoritate, confirmo id ego ex eis, quæ in alio tractatu
 articuli *de Jurisdic. Ord. in Exempt. lib. 2. quæst. 8. num. 10. & seqq.* Judicem scilicet
 animum alterius iudicis negligentiam supplere debere.